

Vc
289





Q. B. V!
Ad
PIETATEM
BEATIS PATRIÆ PATRUM
MANIBUS

è Numis Exequialibus
solvendam, illustrandam,

nummi

TRIBUS è SCHOLA nostra VALEDICTURIS

3. Octobr. M. DC. XCV. - Hor. 9. matut.
demandatam

NOBILISSIMOS

DOMINOS EPOPTAS,


Omnesqve Humaniori Literatura Faventes

Summo observantia cultu

Serenoqve vultu
vocat

M. GODOFREDUS SCHULZIUS,

RECTOR,



CHEMNITII Stanno Stöffeliano.



1,965.



J. J!

Favete, BONI!

Numos, non fumos
vendo,

Defendo

VIROS ab oblivione,

quorum DECUS nescit oblivionem;

quum FAMA vetustatem non ferat, sed vincat:

VIRTUS non annis terminetur,
sed aeternitatis transgrediatur terminos.

HEROAS contendo

Toga Magnos, Sago Majores,

Meritis Maximos;

quippe quorum

Parii lapides spirant virtutes,

numi loquuntur,

cineres testantur;

in luce EUROPÆ posita est fama,

Produco

PATRES paucis pares

Patriæ amore,

Virtutis honore,

Gloriæ splendore:

PRINCIPES omnis fortunæ participes,

adversam moderatè dissimulantes,

Dulce hinc ferentes secundam

auspicio Numinis immortalitatem tuituros,

ELECTORES SS. IMPERII

multis animi celsitudine erectiores:

RECTORES magnorum Exercituum,

Exercitatisimos DUCES,

DUCUM REGES,

REGUM COMITES,

AUGUSTISSIMORUM IMPERATORUM ADMINISTROS,

VICARIOS,

vivos adhuc

in monumentis ex illustrium facinorum documentis,

missisq; in compendium virtutum Numis,

Numos non cudo novos

novator veterum.

Spartanos non obtrudo

maximi ponderis, æris minimi.

Non *Peloponensium* chelonem,

non *Atheniensium* decabæum,

non *Diomyssii Rhetoris* æneum *προνεῖς κόμματος*,

non stanneos *Syracusanorum*,

non *Numæ Regis* asses scorteos,

non adulterinos, aut seculi vitio coflatos,

aut argentea lamina incrustatos,
aut ære concinnatos *medio fulvoq;*.

Si

Si aurum honoris ita pellexit auram,
ut gemmarum impleverint vicem numismata,
non numos ego loquar, sed gemmas
argento cariores,
auro rariores;

quum non metallis æstimentur, nec ære,
sed æternis virtutum ornamentis.

Ne verò quis circumspiciat
aut *Daricos*, aut *Philippeos*, aut *Alexandros*,

DIVOS JOHANNES GEORGIOS

I, II, & III.

è memoria in exequiis impressa numis
revocandos dabo in memoriam.

Anima numi imago,
imaginis inscriptio.

Quid magis trahat animos,
quàm in expresso ad vivum simulacro

D. JOHANNIS GEORGII I.

venerabilis Augusti *capitis* canities,
frontis cum severitate serenitas,
oculorum, cum humanitate gravitas,
oris cum venustate Majestas,
Regius insignis *Purpuræ* splendor,
splendidus *Ensis Cæsarei* fulgor,
Illustri cum Titulo:

ASSERTOR AUGUSTANÆ CONFSSIONIS RELIGIOSISSIMIS?

Aversa Numi facies

docet, quantum

religiosissimæ pietatis Numini,

piissimæ fidei Cæsari,

fidelissimæ constantiæ Imperio

constantissimæ magnanimitatis foris,

magnanimæ domi justitiæ,

bonitatis ubiq;

PATRIÆ PATER præstitit fidelissimus, felicissimus,

in extingvendis incendiis,

componendis disidiis,

reprimendis motibus,

ut mitescerent ingenia, Spiritus ponerentur, odia consenescerent.

MALE SIT ILLI, QVI NON BENE INTERPRETETUR

DIVI JOHANNIS GEORGII II.

GENIUM averso ingenio

utraq; tubâ

SURSUM ad Iudicium,

DEORSUM ad Consilium

Purpurati Ordinis,

Ensi feræ Dignitatis

lætissimèq;, rutæ instar, virescentis publicæ quietis

in tempore revocantem omnia,

):(2

ut

FK 9/289

ut celsitudine animi esset humilis
& humilitate celsus:
in pace bellicosus & in bello pacificus,
munificentia benignus & benignitate munificus.
Verum ecquid dulcius,
ecquid amabilius,

quam

D. JOHANNIS GEORGII III.

*e nubibus manus,
in manu vexillum,
in vexillo Nomen,*

Numen Trinum & unum, unum & Trinum?

In hoc enim signo

Barbaros debellavit TURCAS,
Turcis barbariores repressit GALLOS
HEROS INCOMPARABILIS,
DEFENSOR IMPERII GLORIOSISSIMUS.

Quotusquisq; sit,
qui Pietatis esse non dicat,
e cineribus emicantem sufflare virtutem,
& *Manibus* injicere manus,
ut hæreat in amplexu,
quæ exolescere renuit, amat exsplendescere *Virtus*;
& recolatur,

quæ nullo valet exornari cultu,
cultu eminentior omni?

Quid illustratum eo

Svavissimam NUMORUM imaginem.

quam ingerere, verius imprimere nituntur animis

Ephēbi e Nostris *Viebergam* discessuri

nullo non præconio Dignissimi.

De tabula manum igitur,

ut SERENISSIMÆ SAXONUM DOMUI probent pictatem,

EVERGETIS gratitudinem,

DOCTIS eruditionem,

quam non proletariam hausere.

Delineabunt ergo ex Numis

I. JOHANNES ADAMUS FRITZSCHIUS Lengefeld. Misn. Epic. Germ.

D. JOHANNIS GEORGII I.

Scopum in DEO fixum, non reflexum.

II. DAVID GABRIEL Engel Chemnic. Misnicus Eleg. Lat.

D. JOHANNEM GEORGIUM II.

Sursum sapienter omnia evocantem, deorsum revocantem.

III. JOHANNES CASPAR KAHLIUS Chemn. Misn.

D. JOHANNEM GEORGIUM III.

Signa cum DEO in campum inferentem, e campo efferentem.

Gratabundus hinc se moturis respondebit


JOHANNES NICO LAUS ZACHARIÆ, Fr. auenst. Misn. Heroic. Lat.

D. MAGDALENÆ SIBYLLÆ Electric. Saxon. 1687. Denatæ

Coronam expositurus cum Lemmate: *Sola Spes mea MANET.*

Plaudite itaq; PRINCIPUM Honoribus!

Favete DISCENTIUM conatibus!



21



ULB Halle
003 583 961

3



W 17

Pa. dig.





h. 33. 19.

Vc
289

BEATIS P

TRUM

TRIBU

ICTURIS

Omne

Faventes

M. C

ILZIUS,



nummi

1,965.

